

Hac quid tu valeas Doctor Bayere perennis
 Fama volans nullo fert peritura die:
 Abdita quæ proprio scrutaris Marte, capisque
 Ingenii mira fertilitate tui
 Lucida cuncta facis; tam clare scribis, vt illa
 Absque professoris percipiantur ope.
 Et noua quæ nullis sunt hæctenus edita seclis
 Præsentis tradis metrica dasque libro.
 Sed rogo te reliquos vidi quos scribere libros,
 Ede rudi (cura est cui didicisse) gregi
 Tunc quamuis Regimontanos audiat orbis,
 Non minor inde tibi gloria maior erit.
 Ac vbi stelligeras rursum remeabit ad arces
 Mens tua, siderios quæ speculata polos,
 Posteritas pia corpus humo, qua venerat, abdet
 Et tua marmoreus conteget ossa lapis
 Aureolis quo scripta notis hæc verba: (viator
 Immemor haud, tristi quæ leget ore, necis)
 Qui numeri præcepta dedit decimalia primus,
 Hoc Doctor Bayer conditur in tumulo.

*M. Casparus Grünwald / alias Chlorodromus
 P.C. Medicina studiosus.*

Domino suo fauentissimo
 ponebat.

Register